

CAROLI

SIGONII

DE REP. ATHENIENSIVM
LIBRI IIII.

EIVSDEM DE ATHENIEN.
Lacédæmoniorumq. temporibus
Liber propediem edetur.



VENETIIS,
Apud Vincentium Valgrifium.
M D L X V.

CAROLI SIGONII
AD REVERENDISS.
VIRVM PET. DONATVM
CAESIVM
EPISC. NARNIENSIVM.

In Lib. de Rep. Ath.

P R A E F A T I O.



Eteris memoriae, priscarumq. litterarum cognitio quantum hominibus usum, quātamq. utilitatem afferat, nec tu Pet. Donate Cæsi, uir sapientissime ignoras, & res ipsa, si diligēter attendimus, per se satis ostēdit.

Vt enim liberalem, atq. omnium iampridem uocibus, ac litteris celebratam animi remissionem illam omittam, quæ ex rebus, quæ ante quā nos in hanc lucem prodiremus, gestæ sunt, cognoscendis, & hominum, qui supra nos uixerunt, moribus, studijsq. perspiciendis incredibilis proficiscitur, quibus nemo tam agrestibus institutis uiuit, quin sine ulla alterius fructus expectatione mirifice capiatur: innumerabilia certe uirtutis, atque prudentiæ monumenta, quibus apud antiquos rerum auctores obseruandis, atq. ad nostram tum priuatam, tum cōmunem uitam accommodandis probe nos, nostramque remp. gubernemus, merito nostrum unumquemq. ad superioris memoriae studium, & ueterum notitiam exemplorum debent impellere. Ac me quidem cum hæc ratio ue-



CAROLI SIGONII
DE REP. ATHENIENSIVM

Liber Primus,

QVI DE FORMA REIP.
inscribitur.

DE REGNO ATHENIENSIVM.



POPVLVS Atheniensis, cuius an-
tiqua iura, remq. publicam uni-
uersam his mandare commenta-
rijs instituiimus, non uno, neque
eo perpetuo reipub. genere usus
est, sed pro rerum conditione, &
temporum uarietate diuerso. si quidem ab initio
regium, deinde popularem, aliquando tyranno-
rum, saepe etiam paucorum dominatum, atque im-
perium pertulit. Hæc autem quando instituta, per
quos, & quibus legibus in ciuitatem sint inducta,
maximeq. quæ regalem, popularemq. statum atin-
gere uideantur, nos, quoniam res est præclara, &
multis de causis cognitione dignissima, quàm pla-
nissime in tanta monumentorum, & sæculorum
uetustate possumus, exponamus, atque è tetra pro-
pe temporum caligine educta in lucem, conspe-
ctumque hominum proferamus. Primum igitur
Athenis

Regum
Athe. tem-
pora.

ab eodem Clisthene esse descriptos, in Cecropi-
dem quidem Aexonam, Athmonem, Dedalidas,
Epiecidas, Melitam, Pitthim, Phlyan, Sypalettum,
Trinemes, & Xypetem; in Erectheidē uero Agroe-
lem, Anagyrunta, Cephēsiā, Euonimos, Lambrā
maritimā, Lambrā inferiorem, Pambotadas,
Pergalen, Phegunta, Sybridas, & Themacos; in Pā-
dionidem autem Angelem, Cytherum, Cydathe-
nāū, Cydantidas, Conthylen, Myrrhinunta, Oam,
Prasias, Probalinthum, Pæaniam superiorem, Pæa-
niam inferiorem, Phegras, & Stiriam; in Aegeidē
uero Araphena, Buten, Colyttum, Diomeam, Ere-
thiam, Ericcam, Erchiam, Gargettum, Icariam,
Ionidas, Philaida, Phegæam, Plothiam, & Tithran-
ta; in Oeneidem autem Acharnas, Baten, Epice-
phesiam, Hippotamadas, Laciā, Lusiam, Phy-
lam, Pteleam, Perithoedas, Tyrmidas, & Thriam;
in Acamantidem uero Agnuntē, Cerames, Ce-
phalem, Cholargum, Iresidas, Ermum, Iteam, He-
phestiam, Prospaltam, Porum, Sphettum, Thori-
cum, & Thymoetadas. in Leonidem uero Hali-
munta, Aphidnam, Aethalidas, Cettos, Crepiam,
Chollidas, Diradas, Euripidas, Ecalem, Hybam,
Leuconæum, Marathonem, Oeum Ceramicum,
Potamum, Pæonidas, Peleces, Phrearros, Scambo-
nidas, & Sunium; in Hippothoontidem autem
Azeniam, Amaxanteam, Anacæam, Achardunta,
Ceriadas, Chorydallū, Deccliam, Eroeadas, Eleu-
sim, Elæunta, Oenoem de Eleutheras, Oeum De-
celicum, Pireæum, & Sphendalem, in Anthiochi-

11. Hinc de
Clisthenis in
oratione de
Corona ad
scribit Hip-
potoonti.
Tri. scribit.
Et Icariam
in Timone
Erectheidē.
Hic autem
sequitur off-
Suidam de
Hærocrea-
tionem. 1.

11. Quædam Leontis
Zem. phisum
ta corum in di-
tione Leontis va-
tionem. 1. de Leontis.

E dem